



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Qvæstio LIV. Quid credis de Sanctâ & Catholicâ Christi Ecclesia?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

in particulari, sunt spei, & quoad nos incerta; quoad Deum, & in se, certa.

DE SPIRITU SANCTO.

DOMINICA XX.

QVÆSTIO LIII.

Quid credis de Spiritu Sancto?

RESP. Primum, quod sit verus *coequalis*, & *coæternus* Deus cum æterno Patre & Filio^a. Deinde, quod ** nobis* quoque datus sit^b, ut *† nos* per veram fidem, Christi & omnium eius beneficiorum participes faciat^c, ** nos* consoletur^d, & *† nobiscum* in æternum maneat^e.

^a 1. Ioh. 1. 7. Act. 5. 3. 4. ^b Act. 2. 17. 18. ex Ioc. 2. 28. Act. 2. 39. ^c Rom. 8. 9. 1. Cor. 12. 3. Eph. 3. 16. ^d Ioh. 15. 26. ^e Ioh. 14. 16. 17.

^b Act. 2. 17. 18. Et erit in nouissimis diebus, effundam de spiritu meo super omnem terram: & prophetabunt filij vestri, & filia vestra: & iuvenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somnabunt. 39. Vobis enim est repromissio, & filijs vestris. & omnibus, qui longe sunt, quoscumque aduocauerit Dominus.

RESP. ^b Fidem hæc inferunt, sed non specialem. Adeo multi sunt vocati; pauci vero electi. Sequentia similiter.

^c Rom. 8. 9. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu: si tamen spiritus Dei habitet in vobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. 1. Cor. 12. 3. Nemo in spiritu Dei loquens dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Eph. 3. 16. Det vobis secundum diuitias gloriae suae virtute corroborari per spiritum eius in interiolem hominem.

RESP. Hæc in genere sunt fidei & certæ

DOMINICA XXI.

QVÆSTIO LIV.

Quid credis de Sancta & Catholica Christi Ecclesia?

RESP. Credo, filium Dei^a, ab initio mundi^b ad finem usque^c, sibi ex vniuerso genere humano^d, *visibilem* Cœtum ad vitam æternam electum^e, per Spiritum suum^f, *merita*, & verbum^g, in *Sacramentis* & *vera* fide *viua* contentientem^h, colligere, *sub vno in terris Capite* Papa, tueri ac seruareⁱ: meque viuum eius Cœtus membrum esse *debere ac posse*^k, & perpetuo mansurum^l *sperare*.

^a Eph. 4. 11. 12. ^b Luc. 11. 49. 50. 51. Gen. 4. 4. 5. Gen. 4. 26. Gen. 8. 20. Gen. 12. 81. Gen. 26. 25. & 35. 7. ^c Matth. 28. 20. 1. Cor. 11. 26. ^d Pl. 2. 7. 8. Apoc. 5. 9. ^e Rom. 8. 28. 30. Ioh. 10. 26. 27. 28. 1. Petr. 2. 9. ^f Rom. 15. 17. 18. 19. ^g Ro. 15. 17. 18. 19. ^h Eph. 4. 4. ⁱ Eph. 4. 13. ^j Mat. 16. 18. ^k Ephes. 2. 19. 20. 21. 22. ^l Plal. 23. 6. 1. Cor. 1. 8. 9.

RESP. Hæc autoritates sonant sapiuntque, vt similes supra.

QVÆSTIO LV.

Quid sibi vult Communio Sanctorum?

RESP. Primum, quod vniuersi & singuli credentes, Christi^a & omnium

R r nium